

fácilie inveniebantur, quia in stationem se prope perpetuam infestae regionis, non in agros mitti rebantur. Oppidum quamquam optimi quique auctores Strabo 5, 3, 4 p. 231; \*Mela 2, 4, 70; Plinius 3, 5, 59 extremum volunt esse in Latio adiecto, nihilominus nos cum Plinio altero loco 31, 2, 8 et Ptolemaeo 3, 1, 6 (nam Polybius 3, 91 non recte adiungitur) ad Campaniam revocavimus, cum Suessa a Campania auferri non posset neque placeret in finibus regionum constituendis a locorum natura nimium recedere. Quo iure coloni hi militia vacarent, de eo postea certatum est (Liv. 27, 38, 4. 36, 3, 6); cives autem Romani cum essent, prodigia Sinuessa Romam nuntiata sunt (Liv. 27, 11, 2. 31, 12, 7. 32, 9, 3. 41, 12, 2) et opera publica ibi facienda Romae a censoribus locata (Hemina apud Servium ad Aen. 1, 421; Livius 41, 27, 12). Eodem loco urbs deinceps mansit (n. 4727. 4737) aucta postea, ni fallit titulus n. 4735, agnomine Flaviae; milites ullo tempore eo deductos esse non credo indici coloniarum p. 237: *Sinuessa oppidum: muro ducta: iter populo non debetur: ager eius in iugeribus limitibus intercisivis militibus est adsignatus*. Magistratus nominantur *quinquennales* (n. 4737) et *duo viri* (n. 4727. 4736). Commemoratur Sinuessa saepissime, modo propter vina vicini montis Massici (Martialis 13, 111 cet.); modo propter aquas calidas, quae primo potissimum saeculo celeberrimae fuerunt testibus cum auctoribus (Liv. 22, 13, 10; Plinius

h. n. 31, 2, 8; Martialis 6, 42, 5; Tac. ann. 12, 66, hist. 1, 72; Silius 8, 529) tum titulis altero Graeco C. I. Gr. 5956, unde apparet thermas eas Venerisque aedem propinquam exornatas esse donariis ab Augusti propinquis dedicatis, altero Latino Africano vol. VIII n. 2583 dedicato ipsis *Aquis Sinuessanis*; modo propterea quod Appiae ibi mansio erat (supra p. 59) adeoque diverticulum viae a Domitiano a Sinuessa Puteolos perductae (v. supra p. 183). Fuit in litore sub oppido Mondragone ad turrin q. d. S. Imati; reliquiae autem perpaucae supersunt. Per agrum vicinum tituli qui reperti sunt cum plerumque ad Sinuessam referantur, omnes magis placuit componere eos cum reliquis titulis agri Falerni propter rationes quas antea (p. 460) exposuimus. Accedunt quidam Capuam translati (v. supra p. 370) n. 3833. 3844. 3930.

Ex iis qui de Sinuessa scripserunt hoc loco memorandus est Luc. MENNA (*saggio storico di Carinola* voll. 1. 2. Aversae 1848. 8) auctor non solum infictus et subabsurdus, sed quem fide quoque destitutum esse evincit praeter alia, quod titulos in eadem pagina Pratilliāna inventos 4750. 4873 sic ut ibi relatum est tractavit. Nihilominus interpolasse eum magis crediderim titulos veros, quam novos finxisse, quam ob rem plerosque admisi, ut si qui poterit corrigat.

4734 in arce Mondragonis MAFF. Sinuessae MAZ. Nuper rep. Capuae ad arcum felicem *dove devesi fare il quartiere per la Real Cavalleria* GRANATA 1766.

NYMPHIS · SANCT · NOVIS · REPERTIS  
IN · VILLAM · SVRDINIANAM · AMEMPTI  
CAES · L · ET · ORCIVIAE · PHOEBES · ET · RHODINI · LIB  
EORVM · DEDVCT · AD · EAM · VILLAM · QVAE · ET · IPSAE  
5 MAIESTATI · SVAE · SE · DEDERVNT  
IMP · CAESARE · VESPASIANO · III · M · COCCEIO · NERVA · COS p. C. 71

Maffei M. V. 307, 2, cui exscripsit Petrus Andreini; Mazochi syll. ms., addens: *questa è l'iscr. del Sig. Can<sup>o</sup> F. Nappi*; Granata (*storia sacra di Capua*) 1 (1766), 302 ab amico. Orelli 1634.

Vv. aliter divisit Gran. — 1 NIMPHIS Gran. — 3 L. om. Maff. — ORCIVIAE Maff., ORCIVIAE Maz., DVCAVIAE Gran. — 4 EOTVM Gran., om. in hiatu Maff. — DEDVCTA Gran. — IPSAE ad v. 5 reicit Maff. — 5 SE om. hiatu notato Gran. — EDEDERVNT Maz. — 6 CAESAR · F · VESPASIANO · C III Gran.

4735 Mondragone *alle pietre di S. Andrea*.

i m p . c a e S A R I  
l . s e p t i m i O · S E  
u e r o p i o P E R T I N A C I  
a u g . P A R T H I C O · M  
5 p a r t h . a d i a b . P O N T I F I C I · M  
a x i m o T R I B V N I C I A E  
p O T E S T · I M P · I I I I I p. C. 194/5?  
c o s I I · P P  
c o l o n i a · F L A V I A

Mazochi syll. ms.

4 requiritur ARAB pro M, nisi plura confusa sunt.

4736 [= 4024] prope ruinas Sinuessae SACCO; ad mare *nella scala di un casino di campagna presso la torre di S. Imato* DE MASI; Sues-sae MVR.

M · CACIVS · C · F · CERNA  
II VIR · TRIB · MIL · PRAEF  
FABR  
NATALI · SVO · CENAM  
5 PVBLICE · POPVLO · SINVES  
DARE · INSTITVIT  
III · ID · SEPT

Sacco ed. 2 p. 119 (inde Pratilli p. 168); Mur. 1083, 2 a Como; de Masi p. 179 [92] qui vidit.

1 MARCVS Sacc. — C · F] E F Sacco, M · F Prat. — 2 XV · VIR Mur. — 3 FABR... Masi, EIL · ABR Sacc., AEDIL · FABRVM Prat., CALABR Mur. — 4 in. DIE add. Sacc. — CAENAM Mur. et Masii ed. reiecta. — 5 SINVESSANO Sacc., SVESSANO Mur. — 6 DARI Mur. — 7 IDVS · SEPTEMBRIS Mur. Masi. — Typus Muratorianus interpolatus est, Sacci corruptus; Masii cur stare nequeat non video, quamquam cum et hic falsas sive finxerit sive ediderit, unicuique hunc titulum verbo reicere licet.

4737 [= 4025] prope turrin S. Imati in loco q. d. *le Petrecaje*, ubi erat Sinuessa DE MASI.

SEX · CAECILIVS · SEX · F · QVIR · BIRRONIANVS · SCRIBA · LIBRAR  
QVAEST · III · DECVRARVM · QVINQVEN · P · C · SINVES  
GRATISSIMIS · PODIVM · AMPHITHEATRI · A · SOLO · FECIT

De Masi p. 178; in ed. reiecta non extat. Syndicus Mondragonensis a. 1870 administrationi rerum antiquarum Casertanae scripsit a. 1779 archaeologum quendam Gallicum missum ab academia Parisina (intelligit Chaupyum), Mondragonii autem hospitio Hyacinthi Cerqua usum inscriptionem excepisse hanc: *SEXTVS SEXTILIVS | PODIVM · IN · ANPHITHEATRO · SINVESSANO | FIERI · CVRAVIT*, quod ad hanc pertinere apparet.

Hanc si quis interpolatam dixerit a Masio eiusve auctore, non repugno; sed falsa esse nequit propter eiusdem hominis titulum urbanum, editum primum multis annis post Masium a Fea (*indic. della villa Albani* p. 87), iam relatum vol. VI n. 1808. Subscripsi eum, ut ipse excepit lectu non facilem: *Sex. Caecilio Epagatho scrib(ae) libr(ario) tribunicio, apparitori Caesarum, scrib(ae) libr(ario) q(uaestorio trium) decur(iarum), viat(ori) IIIvir(um) et IIIvir(um), scrib(ae) libr(ario) aed(ilium) cur(ulium), patri optimo Sex. Caecilius Sex. f. Quir. Birronianus et M. Caecilius Sex. f. Quir. Stianus*.

4738 [= 639\*] *nella Rocca di Mondragone* BONG.; olim ad pontem Campanum fl. Savonis inter Capuam et Sinuessam PRAT., cui noli fidem habere. — Ad Mondragone prope Tusculum rettuli in ed. 1 errore.

D · M · S  
FELICISSIMAE  
CONIVGI · VICTOR  
B · M · F

Bongianelli cod. Vat. 5237 f. 252'. Inde Manutius orth. 343, 53; Grut. 782, 8 (cf. Maffei M. V. 307, 2); Pratilli p. 244.

4 addit Prat. ut a Grutero omissum, sed apud hunc quoque adest.